

M. ANTONINUS Philofophus Imp. nationes omnes, quae re-  
bellionem fecerant, perhumaniter tractavit, neque quen-  
quam ex oblocris hominibus aut illuftribus interfecit. *Dian.*  
P. RECLUS quintus Epifc opus Conftantinopolis poft D. Joan-  
nem Chryfoftomum praecptorem, vir eloquens, doctus &  
pius, tanta erga omnes fuit moderacione, etiam erga hae-  
reticos, ut a multis colendum occafionem dederit, quafi can-  
nicus mutus efferet. Sed hoc ejus modellae & prudentiae potius  
tribuendum erat. Haeretici enim contradictebat, rei potius  
firmitate, quam verborum acrimonia fretus: praefertim cum  
multos mansuetudine & lenitate reconciliari poffet, plurimos  
verborum feveritate magis inflammari videret. *Nicephorus  
lib. 14. cap. 37.*

BENO deferti Thebaidis Abbas, nunquam vifus eft iratus.  
Qui nemini irafcitur, nonne femper in pace verfatur? Profe-  
cto tameti perlecuciones luftinet, fatigatur perlecutores,  
odii ftimulus agitati: ille omnia aequanimiter ferens, in fpe  
praemii caeleftis conquiefcit, dicente Domino: Mihi vindic-  
tam, & ego retribuam. *Marul. l. 3. c. 6.*

JOANNES monafterii in Scythia pofti Abbas, cum ad Pe-  
trum anachoretam vifendum veniffet (*Polat. l. 21. Epifum  
appellat*) & ab eo quaereret: Quantum in folitudine per an-  
nos 40. quibus in ea permanferat, profeciffet; ique referret,  
quod Solomnia colluftrans, nunquam le conplexiffet mandu-  
cantem: Nec me iratum; refpondit. Praerat ille monachis  
compluribus, & illorum errata ex charitatis officio feveri-  
punit, non tam quod deliquiffent, quam ne in pofterum in-  
dulgentia alleciti delinquerent. *Ibid.*

CAROLOMANNUS rex Francorum anno falutis 746. relecto  
regno fratri Pipino Romam veniens, monachus factus eft.  
Ceterum peractus frequentiam falutantium, uno folo comi-  
te clam noctu in montem Caffinum profecus, homicidii  
caufa fe de Francia pulum excipi petiit. Succesit & culina  
minifterio additus, cum per imperitiam in multis offen-  
deret, a coquo (mel atque iterum colaphis caefus, hoc unum  
refpondit: Condone tibi Dominus, frater, & Caroloman-  
nus. Cum tertio caederetur ab impotente coquo, comes ejus  
arcepto piftillo coquam atrociter percuffit, inquit: At tibi,  
C nequam, neque Deus, neque Carolomanus parcat, qui vitum  
te multo meliorem & nobiliorem tam indignis modis  
excepit. Causam tantae auariciae de vinculis dicere juffus, Ca-  
rolomannum advenit, genibus ejus advoluti veniam  
deplicat. At ille viciffim ferio rogare, ne mendaci homi-  
nibus crederet. Sed tandem certioribus indicis cognitus, in  
lamina apud omnes veneracione fuit. *Reginolib. 2.*

CAROLUS Brivienfis, Ordinis Minorum, & Cardinalis pref-  
byter, jurare solebat, fe annos triginta nulli mortalium fuccen-  
fiffe. *Kaufius.*

ALPHONSUS Tarracoenfis, rex Neapolis & Siciliae, nun-  
quam vifus eft iratus. *Panormitanus.*

SIGISMUNDUS I. Polonorum rex, privatas injurias, ob-  
treccaciones, convicia, & maledicta Infolentiorum homi-  
num ita contempfit, ut nunquam vindicaret, nec effet ob id  
deinceps ad beneficentiam in hujusmodi homines reftrectior.  
*Cromerus.*

D \* DE IRA IMMODERATA VITANDA  
APOPTHEGMATA.

PLATO fapienter auditores admonebat, ut iratos fe in  
speculo contemplantur. Nam cum faciem fuam furibundam  
per omnia phrenetico fimilem viderent, eo de-  
decote territi, in pofterum ab ira fibi facile temperatos.  
*Fulg. l. 7. c. 2.*

Idem, iratus famulo, gratiam cum diis habere juffit, quod  
fuccenferet, alioquin non evalutum effe fine flagris, in quo  
fuccenfuiffet. *Laert. Stob. ferm. 20.*

ARISTOTELES Alexandrum ita excandefcentem placare  
volens, & fedate lummam indignationem, hac ad eum  
fcripfit: Excandefcentia, & ira non in pares, fed in meliores  
exiftere folet. Tibi vero nemo par eft. *Alian. lib. 22. de var.  
biff.*

Idem dicebat, ab omnibus quae per iram committuntur, rationem  
recedere, quae iracundiam fugit tanquam acerbum  
tyrannum. *Stob. ferm. 20.*

Idem iracundiam defcribens, Eft, inquit, perturbatio fe-  
rina, dura & violenta potentia, eadem caufa, calamitatis fo-  
ca, iacturae decorifque concitatrix, pecuniarum pernicies,  
& perditionis origo. *Stob.*

EPICURUS, Quid ira efficeret, fcilicet tantibus; respon-  
dit: Immodica ira gignit infaniam. *Senec. epif. 18. ad E  
Lucil.*

HERODOTUS dicebat, hominum animos in auribus habita-  
te; bonis enim auditus, corpus gaudio repletur, contrariis au-  
tem, inflatur ira. *Stob. ferm. 20.*

DEMOCRITUS iram, quemadmodum canes, caecae crimi-  
nationes parere dicebat. *Ant. & Max. ferm. de ira.*

MACARIUS interrogatus, quid ita injuriarum erga homi-  
nes memoriam tenentes, vim & animae remifcendi eneca-  
remus; adverfus demones autem, cum acceptorum ab eis  
malorum remifcimus, detrimentum nullum fenfirimus; re-  
fpondit: Propterea quod prior illa affectio praeter naturam,  
pofterior autem fecundum naturam efferet. *Niceph. Callif.  
lib. 11. Ecclef. hif. cap. 43. ex Evagrio.*

ANTIOCHUS Sophifta, cum male apud omnes audiret, veluti  
formidolosus, quod nec prodiret in concionem, nec capelle-  
ret munia publica; Non eos, inquit, metuo, fed meipsum  
agnofcens bilem itam vehementiorem quam ut cohiberi pof-  
fet. *Philof. in Sophif.*

PLATO feniebatur, homines iracundiore, ingenii ad difcipu-  
las quidem effe idoneos, ad getendam Rem, non item. *idem F  
in Philof.*

BIAS, bono confilio duo maxime contraria effe dicebat,  
Fellinationem fcilicet, & Iracundiam: homo enim iracundus  
cum extra feipsum fit, vacuus eft omni confilio. *Laertius in  
ejus vita.*

CHILON docebat vincendam iram, quod is affectus fit cog-  
teris potentior; nam lupare le fortis eft, quam hoftem at-  
tatum deiecere: nec minus exitu mortalibus fit ab ira, quam  
ab hoftie. *Laert.*

ARISTIPPUS, cum videret fuccenlere quendam, ac verbis  
indignari: Ne verba, inquit, per iram profectamus, fed verbis  
iram compellamus. *Stob. ferm. 18. Max. ferm. 19.*

DIOMEDES, de non irascenda accurate diftenti, adolefcens  
quidam protervus, veluti periculum faciens, ad ne praeret  
ca quae docebat, inquit illi in faciem. Tuli hoc leviter ac  
fapienter: Non quidem, inquit, iracor, fed dubito tamen  
an iraco potest. *Laert. lib. 6.*

ZENO Eleates cum maledictus laceffens incandefceret, re-  
grehens, quod philofophus verbis improborum commo-  
veretur: Si convitia, inquit, a quo nemine admittit, ne laudes  
quidem fentiam. Lapidis eft, non fenire dicentem inter lau-  
dantem & vituperantem; fed philofophus eft, non ita commo-  
vetur, ut ab honore recedat. *Laert. lib. 9. cap. 5.*

ARCHITAS, cum in agro compelleret, quofdam eft famulus  
admiiffe quiddam, feniens fe commotiorum in illos,  
nihil quidem tum fecit: tantum abiens: Fortunati, in-  
quit, efts, quod iracor vobis. *Cic. l. 4. Tufc. quaeft.  
Bruf. l. 3. c. 19.*

PYTHAGORAS, Prodeft (alebat) cum muliere iracunda con-  
fuetudinem habere exercitationis caufa: ut equites decet feti-  
cibus affuefcant uti equis, quos fi domuerint, alius etiam facilis  
utentur. *Anton. & Max. ferm. de ira.*

SOCRATES iratus filio aliquid delinquenti, nihil aliud dixit,  
quam, Ipfe te coerce. *Laert. in vita Socratis.*

Idem fervo delinquenti, Caedem te, nifi iraceret. Admo-  
nitionem fervi in fanus tempus diftulit, illo tempore fe admo-  
nuit. *Senec. lib. 2. de ira.*

DEMOCRITUS ad quendam flagris laventem in fervum, De-  
fine, inquit, te fervo tuo fimilem offendere. Servus enim  
eft, qui fuis cupiditatibus imperare non potest. *Erafm. l. 8.  
apoph.*

Idem, iracundiam impugnare difficile effe dicebat: fed viri  
ratione bona praediti effe ipfam vincere. *Stob. ferm. 20.*

Idem, Impudens eft, inquit, omnis contentio: dum enim  
hoftem quo pacto laedat refpicit, propriam negligit utilitatem.  
*Ibid.*

XENOCRATES ingratitude vitiu à Platone philofopho in-  
fimitulus nunquam iracundia & indignatione fe vincit paffus  
efferet animo immoto illi, qui hoc in quaererat, ac ad ultionem  
infigerat: Hoc, inquit, quod nunc facio, mihi bonum atque  
commo-dum eft. Quo dicto indicare voluit, non minus fe cura-  
re propriam falutem, dum ira frenum miferet, quam fi Plato-  
nis maledicentiam, fortiffis ab advertario confictam, ulcifce-  
retur. *Alian. l. 4. de Var. biff.*

PLATO interrogatus, per quid cognofceretur fapienter refpon-  
dit: Sapiens, cum vituperatur, non irafcitur: cum laudatur, non  
extollitur. *Laert. in ejus vita.*

Apud Platonem educatus puer, cum ad parentes reverfus  
voci

A voceferantem patrem audiffet: Nunquam, inquit, hoc apud  
Platonem vidi. *Senec. l. 2. de ira.*

Idem iratus fervo, cum eum caftigare pararet, & forte in-  
terveniret Xenocrates: Flagella, inquit, hunc puerum, nam  
ipfe fum iratus. Sibi diffufus eft homo philofophus, feniens  
animi commotionem. At vulgus hominum tum maxime pu-  
nit, cum irafcitur. *Laert. l. 3. Ant. Meliff. p. 7. ferm. 53. V. al.  
Max. l. 4. c. 1. Vide Senec. de ira, l. 3. c. 12.*

Idem praeterea famulo fe communiatus eft, Lotis te caede-  
rem, ni iratus efferem. Nil ita fidendum. Sapiit Syrus Ille Te-  
rentianus, qui fe coniecit in angulum, edormiuit quod bi-  
berat vinum. At ira minus fui compos eft, quam ebrietas.  
*Laert. lib. 3. V. al. Max. l. 4. c. 1. Plus de educandis liberis.*

SORTON, Ut naves, inquit, egregiae funt, non quae fereno  
caelo navigant, fed quae tempeftati refiftunt, & fervantur: fic  
homines refiftentes irae, magni funt & fortes. *Anton. & Max.  
ferm. de ira.*

Idem, Sapientibus irae loco lacrymas & tifium (ut Heracito  
& Democritio) effe dicebat. *Stob. ferm. 20.*

DEMOMAX à quodam, qui Imperator exercitum commife-  
rat, interrogatus, quo pacto delegatam provinciam quam  
optime gerere poffet: Si, inquit, iracundia vacatis. Iram fen-  
fit vir prudentiffimus ad omnem functionem inutilem effe.  
*Erafm. lib. 8. apoph.*

Idem fubinde fuaeabat, non facile irascendum homini-  
bus, fi delinquerent, fed potius corrigenda effe vita, medico-  
rum exemplo, qui non indignantur agrotis, fed morbum  
fanant. *Erafm. lib. 8. apoph.*

APOLLONIUS, irae affectum, ait, nifi diligentia ac verbis pla-  
cidis temperetur, in genuinum quendam morbum exerce-  
re. *Stobaeus.*

Idem, qui fuis erga levia errata, inquit, vehementius quam  
par eft, irafcitur, delinquentem non funt inter culpam extre-  
mam, & medioctem, qui interit, dignoscere. *Ibid.*

THEANOS, mulier ex Pythagoreorum Philofophorum co-  
horre, excandefcens aliquando in ancillam: Vapulares jam,  
inquit, nifi irata efferem. *Stob.*

PYLAGER rogatus, quomobrem non deleceretur educandis  
pueris: Quoniam, inquit, nec meipfo delector. Agnofcebat  
naturae fuae vitium. Erat enim iracundus, & morofus, eoque  
nec appofitus, ad renerant irarum infitudinam, cum hodie  
ftulti parentes nullis libentius committant liberos fuos quam  
hujusmodi truculentis, & afepris. *Philof. in Sophif.*

PYRRUS maximum praecptorem certaminis gymnici fo-  
lium ajunt, his quos exercebat, praecipere, ne iracerentur.  
Ira enim perturbat artes, & qua nocet tantum, non qua ca-  
vet, afpicit. *Senec. de ira lib. 2.*

MELANTHUS negabat, eam iram videri gravem, quae men-  
tem cogat emigrare, fed quae profus excludat domo. Sentiens,  
probis etiam ingenis adinftam effe iracundiam; fed hoc vi-  
tium effe tolerabile, fi celeriter animus ad fe redeat, & pro ira  
rationem in confilium adhibeat. At fi perturbatio penitus in-  
fideat animo, ita ut excuffa ratione feratur efferri impetu,  
certa pernicies eft. *Erafm. l. 8. apoph.*

M. CATO iratum ab infano nulla alia re differre dicebat,  
quam mora temporis, feniens, iram effe brevem infaniam.  
*Plut. & Stob. ferm. 18.*

CATONI Uticenfis caufam agenti, in frontem mediam, quan-  
tum poterat attraecta pingui faliva, cum infuliffet Lentulus,  
abiterit faciem, & Affirmavit (inquit) omnibus, Lentule, falli  
eos qui te negant os habere. *Senec. l. 3. de ira, c. 38.*

CHARILAUS Servo cuidam audacijs agenti cum ipfo, Ni  
iratus efferem, inquit, occiderem te. Adco putabat nihil recte  
dici ferve ab irato, ut ne in fervum quidem animadvertere  
voluerit commotior. *Plut. in Lac.*

CORYS rex erat natura celer ad iram, faevifque caftigator  
eorum qui in minifterio deliquiffent. Hofpes quidam ad illum  
detulit vala fragilia tenuaque, fed fcite curiofuset ornoque  
elaborata. At is hofpiti quidem dedit munera, ceterum vaf-  
cula omnia confregit. Demirantibus & querentibus, cur id  
faceret? Ne, inquit, favitem in fervos, fi forte valcula fran-  
gerent. *Plut. in Apoph.*

ATHENODORO ob fenectutem flagitanti, ut fibi liceret redire  
domum, Augustus conceffit. At cum ille Caefari dixiffet: Vale  
(volens aliquid philofopho dignum monumentum apud il-  
lum deponere) adiecit: Caefar, cum fueris iratus, ne quid di-  
xeris fecerive, priusquam Graecorum litterarum xxiv. nomina  
apud te receniteris. Caefar autem philofophi dexteram am-  
plexus, Adhuc, inquit, te praefente mihi opus eft, toumque  
etiam annum apud fe detinuit, dicens illud Graecorum pro-  
logum. *L. B. Theat. vita Human. Tom. IV.*

verbum, Silenti funt tuta fidei praemia, five approbans phi-  
lofophi dictum, quod tutum efferat iram premeret; ne prorump-  
pat in verba, five feniens, philofopho profuturum fuiffe, fi  
hoc dictum non audiffet jam abiturus. *Plut. arch. in apoph.  
Fulg. lib. 7. cap. 2.*

AGYPTUS quidam monachus interrogatus, cur aded e ff om-  
nibus corporis voluptatibus fubtraheret; refpondit, ut hac ra-  
tione omnem irae caufam, & occafionem praecidam. Ira quippe  
ut de voluptatibus generatur, ita etiam voluptatum fup-  
preffione fopitur. *Nicephor. Call. lib. 11. Ecclef. hif. c. 43.  
ex Evagrio.*

CHRISTIANORUM.

Iram, quam Infania initium nuncupavit Ennius, in pro-  
fentium poft Jocos adducimus, quod hi plefique aliquando  
fubita iracundia caufa, & fomes. Joannes monafterii in Sey-  
thia Abbas, cum ad Pefium Anachoretam vifendam veniffet  
ab eoque inquisiffet, quantum in folitudine (in qua per an-  
nos 40. vixerat) profeciffet, refponfum hoc ab eo accepit: Sol  
omnia perluftrans, nunquam me afpectu manducantem; cui  
illud adjuvit Joannes: Neque me iratum. Haud minoris me-  
riti exiftmans non irafci, quam corpus quotidiano jejunio  
atterere. Bene monet *Stratius & T. heb.*

— No frena animo permittit calenti,  
Da fpatium tenuemque moram, male conlamiuifrat  
Impetus.

Ex *Marul. lib. 3. Ebor. De pace & concord. Laur. Beyerli. in  
Apoph. Chriftian.*

Mirum, quantum primores illos Eremiti incolae, & Anacho-  
retas deterruerit Iracundia, & ad eam proclivitas. Rogabat  
Paftorem familiarium quifpiam, quo fenfu illud Evangelij ac-  
cipiendum efferet: Qui irafcitur fratri fuo fine caufa, &c. Qui  
jufta irae caufam definivit hoc modo: Tum demum effe caufa  
irafci potes, fi à Deo times fe parati: qui ob alias injurias ira-  
fcitur, fine caufa irafcitur. Quam remoti ab hoc fenfu li, qui-  
bus ob atomum excitata bilis finditur? Ita ut

— Arcadia pecunia videri credas,  
Iu vitis P. P. Marul. fupra. Idem ibid.

Alium Eremitam prioribus fubnecto, utpote ejuifdem cum  
illis fenfus. Interrogatus enim, cur in tantum fe omnibus cor-  
poris voluptatibus fubtraheret; refpondit, ut hac ratione om-  
nem irae caufam praecidam. Ira enim ut de voluptatibus gene-  
ratur, ita etiam voluptatum fuppreffione fopitur. *Niceph. Cal-  
lif. lib. 11. biff. Ecclef. c. 43. ex Evagrio. Beyerli. fupra.*

Addi meretur Macarius Monachus, qui fcilicet, quid ita  
injuriarum erga homines memoriam tenentes, vim animae re-  
mifcendi enecaremus; adverfus demones autem, cum ac-  
ceptorum ab eis malorum remifcimus, detrimentum nullum  
fenfimus; refpondit: Ideo hoc fit, quod prior illa affectio praer-  
ter naturam, pofterior fecundum naturam fit. *Ibid.*

\* IRE PER ZELUM.

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Præcepit Moyfes filiis Israel, ut nullus de manna relinque-  
ret ufque mane. Qui non audierunt eum, fed dimiferunt qui-  
dam eis ufque mane, & fcatece cepit veribus, & compu-  
truit, & iratus eft Moyfes contra eos. *Exod. 16.*

Revertens Moyfes, cum appropinquasset ad castra, vidit  
vitulum & choros: iratus projecit de manibus tabulas, & con-  
fregit eas ad radices montis. *Exod. 32.*

Cum quaereret Moyfes hitcum, qui oblatu fuerat pro pec-  
cato, exultum reperit, iratufque contra Eleazar & Ithamar  
ait: Cur non comediffis? &c. *Levit. 10.*

Videns Moyfes rebellionem Chore, & complicitum fuorum  
iratus valde, ait ad Dominum: Ne respicias sacrificia eorum.  
*Numb. 16.*

Considerans Jonathan filius Saul, nequitiam patris fui, con-  
tra David, surrexit e menfa in ira furoris fui, & non comedit  
panem illa die. *I. Reg. 20.*

Audita David parabola Nathan prophetae, iratus indigna-  
tione adverfus hominem, dixit: Vivit Dominus, quia filius  
eft mortis, qui fecit hoc. *2. Reg. 12.*

Elerus iratus fuit contra Joas regem Israel, eo quod non  
percuiffet terram fagitta quinquies, aut fexies, ut rotam de-  
ftitiffet Syriam. *4. Reg. 13.*

A Audiens Nehemias clamorem populi propter usuras, quas exigebant opimates, iratus est nimis. Nehem. 5. Audita querimonia, quam dixit Esber de Aman, qui omnes Judaeos procurabat occidi, rex Altiusur furere iratus de loco communi. Esb. 7. Circumspiciens Jesus cum ira Judaeos, qui observabant eum contritatus est super cecitate cordis eorum. Iohan. 8.

IRAE PER CULPAM,

EXEMPLA S. SCRIPTURAE.

Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus, iratusque est Cain vehementer, & concidit vultus ejus. Genes. 4. Iratus Balaac contra Balaam, complois manibus ait: Ad maleficendum inimicis meis vocavi te, quibus contra benedixisti. Num. 24.

Audiens Saul post victoriam commendari David, iratus est nimis, & displicuit in oculis ejus sermo. 1. Reg. 8. Cum excussisset Jonathan David apud patrem suum, Saul iratus adversus Jonathan, dixit: Fili mulieris ultra virum sapientis, nunquid ignoro, quia filium Isai diligis in confusione tuam? &c. 1. Reg. 20.

Venit Achab rex Israel in domum suam indignatus & frendens super verbum, quod loquutus fuerat ad eum Naboth Israelites. 3. Reg. 21.

Post facile & salubre consilium Elisei iratus Naaman recedebat, dicens: Putabam, quod egredereur ad me, & invocaret nomen Dei sui, &c. 4. Reg. 5.

Enam propheta venit ad Asa, & increpavit eum: quia confisus erat Benadab regi Syria: iratusque Asa adversus videntem, iussit eum mitti in nervum. 2. Par. 16.

Separavit Amasis exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, pro eo scilicet quod secum venirent ad bellum. At illi vehementer irati contra Judam, reversi sunt in regionem suam. 2. Par. 25.

Sacerdotes arguebant Oziam regem Juda, volentem adolere incensum: iratusque Ozias & tenens thuribulum minabatur illis. 2. Par. 26.

Cum audisset Sanaballat, quod edificaretur murus Jerusalem, iratus est valde, & motus nimis subannabatur Judaeos. Nehem. 4.

Cum reversus esset Sennacherib, fugiens a Judaea plagam, quam contra eum fecerat Deus, propter blasphemiam suam, iratus multos occidit Judaeos. Tob. 1.

Tobia dicens de haedo balante: Videte, ne futurus sit, &c. Uxor ejus irata respondit: Manifeste vana facta est spes tua. Tob. 2.

Nuntiatum est Holoferni, quod filii Israel praepararent se ad resistendum ei: furor nimis exarsit in iracundiam magnam. Judith. 5.

Cum dixisset Achior, magnam esse potentiam Dei Israel, irati sunt magnates Holofernis, & cogitabant interficere eum Eodem.

Cum audisset Aman, & experimento probasset, quod Mardocheus non sibi flecteret genua, nec se adoravit, iratus est valde, &c. Esb. 7.

Iratus indignatusque est Elin Buxites adversus Job, eo quod dixerat se esse diceret coram Domino. Job 32.

Principes Juda putantes, quod Jeremias fugeret ad Chaldaeos, irati sunt contra eum, & carum miserunt in carcerem. Jerem. 37.

Nabuchodonosor rex Chaldaeorum in ira magna sua praecipit, ut perirent omnes sapientes Babyloniae, pro eo (scilicet) quod somnium suum ei non poterant indicare. Dan. 2.

Idem etiam post in furore, & ira precepit, ut tres viri adducerentur in conspectu ejus, &c. Dan. 3.

Arguit Dominus Jonam qui irascabatur super hederam. Jone. 4.

Audiens Antiochus praelia Judeae, & victoriam quam obtinuerat, iratus est animo, & congregavit exercitum. 1. Mach. 3.

Factum est, ut audirent Genes, quod edificatum est altare in sanctuario, sicut prius, iratae sunt valde, &c. 1. Mach. 5.

Tortores Eleazar audientes verba constantiae ipsius, in iram versi sunt, qui paulo ante fuerant mitiores. 2. Mach. 6.

Post septimum fratris verba, rex Antiochus accessus ira in illum super omnes defecit. 2. Mach. 7.

Videns Antiochus, quod non potuerat spoliarie Pentapolim civitatem, elatus in iram, arbitrabatur se injuriam illorum, qui fugaverant, posse in Judaeos retorquere. 2. Mach. 9.

HERODES videns, quod illusus esset a Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros, &c. Matth. 2.

Cum audissent Cives Nazareth Dominum dicentem: Nemo propheta acceptus est in patria sua, &c. Sequitur: Repleti sunt omnes in synagoga, ira: Luc. 4.

DEMETRIUS quidam argentarius, faciens aedes argenteas Dianae, convocatis officibus illius artis, dixit: Quia Paulus avertit multam turbam, dicens: Quoniam non sunt dii, qui manibus fiunt, &c. His auditis, repleti sunt ira. Act. 19.

EXEMPLA HISTORICA.

Ex quibus varia Iracundia incommoda, pona, & evenus cognoscuntur.

MORS CORPORALIS.

VALENTINIANUS senior Imper. an. Dom. 375. cum ingenti belli apparatu adversus Sauronatas est profectus, quod ditionem Romanam, eamque Imperii partem, quae ad Occidentem vergit, excutionibus vexaret. Atque illi tantam Imperatoris expeditionem formidantes, legatis missis pacem ab eo petierunt. Cujus delationis Dominus compatiens, sciscitatus est Sauronatae, interrogavit. Et quum illi dixissent, optimos quoque, qui & genere & forma praestarent, ab eis Legatos solere mitti, ira atque furore multo correptus, gravia pati dixit, & maxime infortunatum esse, quod ad tempora sua pervenisset Romanorum Imperium, si Sauronatae, gens tam barbara, & in-formis, in qua reliquos isti excelleret, sedibus suis contenti esse nolent; sed confidentia tanta impulsi, ditionem suam percurrerent, & bellum inflammatione quadam illiciti Romanis inferrent. Et cum ira indignaretur, & magnopere vociferaretur nimia vocis intentione convulsa in eo esse interiora viscera, venamque arteriam quandam ruptam dicens, unde sanguine plurimo profuso vita eum reliquerit. Ex Niceph. lib. 1. cap. 31, Tripart. 8. cap. 2. Baron. Annal. ad an. 375.

VENCESLAUS Boemorum Rex ira in pocillatorem suum percutus, cum interficere eum suis manibus vellet, paralyti affectus concidit, & paucis diebus postea excessit. Mart. Crumer. lib. 1. hist. Polon.

VICTOR Pisanus, Venetorum classis praefectus, victoris clarus, cum legatus ejus decem Genuensium tricesimae in portu Sipontino reperas per ignaviam fugere permisisset, ab iracundia in febrim incidens, obiit. Anno salutis 1380. Blond. lib. 10. Dec. 2.

CAEDES INNOCENTUM.

An. Dom. 388. Theodosius Imper. dum Thessalonicae fuit, memorabile irae, cuius impotens fuit, exemplum edidit; instantibus enim eum Iesum ludis, populus nobilium aurigam quendam, qui ob lesum hominem in vinculis habebatur, sibi dari poposcit. Et cum non imperaret, commota seditione, hominem qui violatus ab auriga debeatur, necavit. Qua de re Theodosius ira ardens, durus in omnes consule voluit; verum ab Episcopis, ut se ad lenitatem daret, rogatus, tandem se temperatorem popondit. Post aliquot inde dies, cum res prope ex omnium animis excidisset, nefario domesticorum impulsu, illud impotentius, ne dicam vecordius, fecit, quod septem milia hominum in theatrum ludorum gratia convocata, & quidem innoxiorum, millibus immixtis, gladio ferienda, atque necanda mandavit. Quare iudicatum est, nihil foedius aut crudelius, ne a barbaro quidem patrum homine potuisse. Niceph. 1. 12. hist. Eccl. cap. 40. Carol. Sigon. de Occid. Imp. l. 9.

DIREPTIO ET RAPINA.

CALOIOHANNES COMNENUS, Imper. Constantinopolitanus, cum occupaturus Antiochiam, quam a Raimundo Principe Antiochie emerat, ab Episc. Gabulensi prohiberetur, iratus Syriam depopulatus est, & suburbana Antiochie militibus populanda, & auferenda omnia, quae manibus corripui possent, concessit. Cujus iracundia, qua Antiochiam violatam, eum ita-um penas expendisse perhibent. Nam in reditu, ubi Cilicum fines attingisset, memorabili exitu vitam finit, manu ad digitum minimum venenatae sagittae illapsu stricte laesa, quam una cum aliis aper faucibus subito insulso pharetra excusserat, ex laesa parte veneno celeriter in omnes corporis partes dicerent. Niceph. Choniatae in Annal.

AB IMPERIO DEPULSIO.

Iaacus Caloiohannis filius Imperio excidit, praeterea e fratre minore natu, eo quod ab iracundiam esset proclivior. Sic enim pater jam moriturus ad Proceres Imperii inter cetera ait: Filii mei, quamvis eodem patre nati, tam n diveris prae-stitis sunt ingenis. Qui estis ambo & viribus corporum, & dignitate vul-

A vultuum, & animorum gravitate praecellunt, tamen natu minor Manuel ad Imperii administrationem mihi aptior videtur. Nam Iaacus sapius ira percussus mihi altitit, & quavis de causa bile effervescente moderari animo non potest, quae res inimicissima consilio sapientes perdit. Alter vero praeter aliarum virtutum choram, a quibus nec alienus est, nec a clementia quidem re praeracissima abhorret, sed in loco cedere, & obsecundare novit, & rationis imperium sequitur. Idem ibid.

CONSOLATIONIS DIVINAE AMISSIO. Sancta virgo Gertrudis aliquando ex inordinata quadam tristitia simul & impatientia tantis incurrerat tenebras, ut magna ex parte jucunditatem divinae praesentiae videtur amisisse; quae tamen tenebra postea per interventionem B.M. Virginis fuerunt temperatae atque mitigatae. Quum ergo benignitas a Domino visitata recoleret illam suam impatientiam, ac ceteros defectus suos, ipsa sibi valde displicens, cum magna spiritu dejectione dixit ad Dominum: Obsecro Domine, impone finem malis meis: nam ego illis nullum finem impono. Libera me, & pone me juxta te, & cujusvis manus pugnet contra me, ab ea, utrum delectationem aliquam in mundo potius eligeret, quam se, & aliquid sibi praeparare vellet. Ad quod illa: Absit, absit, ut ego tibi vero, summo, stabili, & aeterno bono aliquid praeseram. Et Dominus, cum nihil mihi praeparas, & voluntatem tuam voluntati meae semper subicere cupias, constat te in charitate, & grata esse; cur ergo propter peccata tua tam desperanter loqueris? nam (scriptura teste) charitas operit multitudinem peccatorum. Lud. Blaf. Annil. spir. cap. 4.

CHRISTUS leniter reprehendens S. Brigitam propter impatientiam, & iram, quae perturbata fuerat, ait: Ego creator, & sponsus tuus pro te loquor verba, tu vero jam impatiens futi, ut portare non poteris verba. Ego stans ante iudicem tacui, & non aperui os meum; sed tu acerbitas respondendo, & exprobrando vocem tuam nimis exaltasti. Tu debueras omnia patienter tolerare propter me, qui clavus affixus fui pro te: debueras per patientiam tuam eum, qui erravit, ad meliorem provocare. Sis ergo posthaec cautior, & ubi ab aliquo ad iram provocata fueris, non facile loquaris, donec ira ab animo tuo le-mota fuerit. Transacta autem animi commotione, & causa

CIPUS commotionis diligenter pensata, poteris loqui cum mansuetudine. Quod si loquendo nihil proficeres, & tacendo non peccares, melius tunc faceres, & majus meritum acquireret, ut sileres. Idem ibid.

IRACUNDIAM MITIGARE, PROPULSARE, QUO MODO. Post mortem illustri Imperatrici Pacellae, Theodosius pro suo in illam amore, nec non propter excellentiam ejus virtutem, statuae aenae ipsi erigijussit Antiochia, quam populus tumultum deiecerat. Unde Imperator ad eam injuriam vindicandam milites convocavit. Sed Macedonius vir divina gratia plenus, ad aulae Principis suis verbis est usus: Ut mandata haec ad Imp. referatis, dilecti filii, oro. Meminisse te, ad Imperator oportet, non solum Principem, sed hominem etiam te esse. Proinde non ad Imperii tantum amplitudinem respice, sed naturam ipsam considera. Quum enim homo sis, hominum tibi imperium commissum est, qui cum ejusdem tecum sint sortis, & conservi aequo tui, tum ab ipsa creatione imagine Dei cobonestati sunt. Iraque ne tam velana audacia adversus divinam imaginem grasseris, vide. Imaginis enim Dominum ad iram committis, si in eos, qui imaginem illius gerunt, saevias. Tum autem illud etiam te despiciere decet, te propter aeternam imaginem multitudinem insensum, crudeliter in eam animadvertere velle. Quanto autem imago animata inanimata praestet, quid dicere opus est? nam id eis etiam, qui vel mediocriter obtinent mentem, constat. Illud praeterea fac cogites, nobis quidem perfacile esse, plures ex arte facere imagines pro una illa, quam recordi tenentate insana plebs comminuit; te autem nequaquam efficere posse, quantumvis contendas, ut vel capillum unum eorum qui casti sunt, creare valeas. Haec illi a sene sapiente audita, sicuti simpliciter dicta erant, ita Imperatoris renuntiaverunt. Non parum etiam Flaviani legato illi profuit, ut irae flamma in Imper. extingueretur. Postea namque ira & minis omissis, comminatum populo scriptis defensionem, crimen illis condonavit. Niceph. Eccl. hist. l. 12. cap. 44. Theod. 5. c. 21. Trip. lib. 9. cap. 32.

HUMILIANDO SE.

ALFONSO VI. Hispaniarum Rex Toletum urbem deditio-ne acceperat, incoluntatem pollicitus Saracenis, & in majore basilica religionis eorum exercitum. Interea Constantia Regina cum Bernardo Archiepiscopo Toletano noctu basilicam hanc seu Mesquiam intravit, purgavit, & divino cultu consecravit, Saraceni Regis fidem accusare, implorare. Rex summa celeritate in urbem venit, certo consilio de auctoribus supplicium sumendi, & quia sciebat multos intercessuros, praesentibus Saracenorum legatis juravit, nihil se eorum, quae pro Regina & Archiepiscopo peterentur, facturum. Ergo Regina, & Archiepiscopus, clerum, & omnes religiosos cum Regis filia concilio induta praemisertunt. Quos cum Rex vidisset, descendit de equo, ut factis solitam reverentiam exhiberet. At cum filiam confexisset, Vah, inquit, matri comes eris in morte. Filia vero, Peto ergo, inquit, ut Regiam tibi terreno Regi non parentem sed caelesti Regi fidelem, simul & Archiepiscopum illic interficias. Rex tam pia sagacitate devictus, ad filiam ait, Liberasti a morte matrem, sed perpetuo maritali consortio carebit. Vix verba expleverat, & vidit universos Saracenos utriusque sexus obvios supplicantes, ut Reginae & Archiepiscopo veniam daret, afferentes, ex veteris oraculi fide idipsum nutu divino factum esse. Ergo Rex acquievit precibus supplicantium, & la-tam intravit civitatem. Mox basilicam ex Mesquita consecratam devotè visitans, in medio porte Regiam saeco indutam & Archiepiscopum Pontificalibus ornatum in veni, clamantes: Peccavimus in te, o Rex, sed oramus, peccati causam & finem respice. Rex igitur manus Praefatus desolans, & Regiam amplectens, petiit regale palatium. Roderic. Tolet. lib. 6. Lucius Marine, cap. 7. de reb. Hisp.

S. Ephrem dicitur primum iracundiae intemperanter sub-jectus fuisse, & ob eam causam monasticam vitam exercuisse, ne a quopiam irasci videretur. Cum illi, ubi plures dies more suo jejunasset, cibum minister afferens ollam fregisset, & hunc pudore ac metu teneri cerneat: Bono sis animo, inquit, ad cibum nos eatamus, quandoquidem ille usque ad nos non venit: & fragmentis ollae idipsum praefatus est. Sozom. 1. 3. Eccl. hist. c. 16.

VEXANDO, EXPROBRANDO. Narravit quidam ex Patribus, quod Mulier illustris, & ex senatorio genere venerit adorare sancta loca. Cumque descendisset Caesarem, placuit sibi illic requiescere, rogavit ut Episcopum dices: Da mihi unam virginem, ut informet me, & doceat timorem Dei: eligens autem Episcopus humilem virginem, tradidit ei. Post aliquantulum vero temporis occurrentis illi Episcopus ait, quomodo se gerit virgo, quam assignavi tibi: quae ait, bona quidem est, sed non valde prodest animae meae, permittit enim voluntates meas facere, cum sit humilis. Sumens autem Episcopus unam divitiorem, dedit ei, quae illam objurgabat, appellans eam fatuam divitem, & his similia illi exprobrans. Post tempus aliquod rursum illam rogavit Episcopus, quomodo se habet altera virgo; quae dixit, revera ipsa prodest animae meae. Atque ita magnam acquisivit mansuetudinem. Sophron. cap. 206. Prax. spirit.

PASSIONES REFRENANDO. Otiosus erat quandoque senex magnus cum discipulis suis in hortis, in quibus cupressi vartae, magne scilicet ac parvae, creverant. Imperavit igitur uni ex fratribus senex, cupressum evellere: quae cum parva esset, & tenera, una manu extirpata est. Postea, iussit aliam majusculam evelli, quae non una, sed ambabus manibus tantum evulsa est. Tertio, majorem adhuc praeterea evellere, nunquam valuit, sed in casum circa eam elaborabat, delectabatque. Quod ut vidit senex, solum videlicet opus pericere minime posse, iussit coadjutorem accedere, sicque ambo illam tandem extraxere. Tunc ad omnes conversus senex ait: Hujusmodi sunt passiones nostrae, fratres: cum tenerae sint, & parvae, si volumus, facile illas possumus a nobis extirpare; quod si eas neglexerimus, obdurescent illico; quoque magis obduerint, eo majore vi, & labore opus erit, quinimo itru erunt conatus nostri omnes in illas, nisi alicujus viri sancti orationibus ad auxilium nobis accesserint; vim etenim magnam habent auxilia, quae a viris iustis, & sanctis expetuntur. Unde Propheta: Beatus qui tenebit, & alidet parvos tuos ad petram. Ex Dorotheo Abbate duct. 11. Bibliotheca Patrum tom. 2.

LECTIONE SACRORUM LIBRORUM. Anno Domini 1355. contigit S. Columbinum semel redire domum

COLORES.

A domum circa prandii horam cum orexi non modica, qui quod parata omnia non essent, statim ira commotus, cepit cuncta domi evertere. Eius uxor mulier prudens, honesta ac ingenio praestans, prout poterat eum placare conabatur, supplex rogans, ut patienter ferret moram, nec pro tantilla re sese ita cruciaret, ob oculos proponens sanctorum historias, ut in illis sese tanquam occuparet, dum intrueretur mensa. Tum ille magis magisque inde inflammatus, librum arripens in mediam aulam projecit, uxori haec verba obiciens: Nulla tibi alia cogitatio, quam de vita Sanctorum legenda. His dictis cum nonnullis aliis verbis, conscientia ita eum mordere cepit, ut extemplo librum de terra collegerit, ac revolvere coepit. Incidit in historiam B. M. Aegyptiacae peccatricis, quae quamvis longa sit, ipsi tamen brevissima visa est; dum enim legeret, ita cor ejus leniebatur, ut à priorè conditione mutatus planè recesseret; quae enim prius pluris faciebat, ea còtempuit, habuit, terrenis non amplius inhilabat, ut prius, liberalissimus in pauperes effectus, templa etiam frequentabat, orationibus rebulque divinis totum se postea impendebat. Insuper carnem affligere, eamque spiritui subiectam reddere studebat, & ut multa paucis complectar, statim proposuit causam vivere vitam, vivique rationibus uxori vitae castimoniam persuadet, quae licet adhuc juvenis, mariti tamen desiderio acquiescit. Tunc Columbinus ad ejus pedes prostratus castitatem perpetuam Deo vovet. Inde verò non amplius in lecto, sed aliquando in scamno, nonnunquam humi dormitare coepit, pauciores etiam pariter noctis in oratione consummans. Firmè statuit Christum Dominum in paupertate sequi, & vetè coram hominibus contemptui haberi. *Paulus Morvofus Mediolan. de Orig. religionum t. 3. am. 1355.*

Consideratione sui status, conviciis provocabatur, inquit Beneficus, diversis temporibus duo è Sodalitate Collegii Panormitani in Sicilia, & verò incitabantur ira ad inferendam injuriam, sed uterque rexit ea cogitatione animum, quòd de Sodalitate esset. Hinc adnotam capulo sua sponte manum (habebat enim gladium) repressit, & adversatium molli sermone placavit, eum ille, à quo laceffebatur, duxit in proximum templum, & ab admirante veniam petit genu flexus, quòd ipsi causa iracundiae fuisset, gloriosa prostratus, qua le vicit uterque, victoria. *Francisco Turon. in Manuali Sodalitatis c. 11. pag. 5. ex Bencio in an. lit. Societ.*

IRÆ, IRACUNDIÆ, HIEROGLYPHICA.

**E**lephas iræ excitata est hieroglyphicum, quamvis enim hoc animal natura ita mansuetum sit, ut etiam crudelitatis alienae ministerio defugit minimè cogi possit; in iras tamen acriter incitatur, perturbatumque irritatione aliqua acerbiore, immantier efferaicit. *Pier. Val. lib. 2.*

Neque defuerunt, qui per *Vrse* simulacrum iram immanem intelligi voluerint, quòd id animal immodicis soleat animis excitari, & in omnem truculentiam effertur. *Idem lib. 12.*

*Craticulam* subiecto igni, & corde superimposito, furoris & indignationis apud sacerdotes Aegyptios indicium fuisse, ut ex eo salicet cordis bile succensè exandescantiam ostendebat. *Idem lib. 34.*

*Quercus* arbor ea insignis asperitate, quæ omnibus conspicua est, non immerito fertur, utique adeo inimica oleæ, ut eam juxta se positam extinguat. Olea verò cum sit pacis, mansuetudinis ac lenitatis indicium, excogitatum est, quercum olea complicare, cum iracundiam atque inexorabilem animi asperitatem sese ad lenitatem dedisse significandum fuerit. *Idem Pier. Val. 1. 51.*

Ira hieroglyphicon, *ignis* in scriptura facta, *Psal. 79. Dent. 32. 22. Psal. 89. 46. Eja. 20. 27. Jer. 44. Vrsæ iram. 3. Sam. 17. 8. & Leaba. Of. 13. 78.*

Iris.

DEFINITIO ET NATURA.

**I**ris est arcus multicolor in nube torrida, & concava, & oppositio radiorum solis, eorumque reflexio, oculis spectantibus apparet. Unde patet, simul posse fieri plures Irides; si fol medium caeli teneat, & utrinque habeat nubem torridam dispositam. De Luna verò non ita convenit inter omnes, an possit facere Iridem, ob tenuitatem radiorum ipsius, qui nubem torridam nequeunt penetrare; si tamen aliquando penetrant, non erit nisi unius coloris.

Mille trahit varios adverso sole colores, inquit de Iride *Virg. lib. 5. Eneid.* apparent enim in Iride varii colores, ac potissimum tres, puniceus, viridis & purpureus. De ea etiam *Ovid.*

*Nuncia Junonis varios induta colores Concipit Iris aquas.*

TEMPUS.

Omni tempore anni disponi potest nubes ad recipiendam radiorum solarium reflexionem, quamvis propter circumstantes frigus, hyeme sint rariores Irides; brevissimas tamen diebus frequentes fiunt, æstate verò post meridiem rariores, post Autumni æquinoctium, omni hora.

QUANDO COEPERIT.

Cum Iris sit signum naturale, habeatque naturalem causam reverberationem radiorum solarium in torrida nube, fuit Iris ab initio mundi, quando ea causa poni potuit. Fuit ergo etiam ante diluvium signum naturale nubium torridarum, & pluviae futuræ; uti post illud.

CUJUS REI SIGNUM. ET CAUSA.

Naturale quidem signum pluviae secute est Iris. Vult *J. Scaliger*, mantinam Iridem potendete pluvias, vespertinam, serenitatem. *Exercit. 80.*

*Arist. 1. 5. hist. animal. c. 12.* scribit, Iridem multam facere ad generationem mannae, five mellis aërii. *Plin. 12. c. 24.* Aspalathum, aliasque herbas odoras per Iridem generari tradit.

Post diluvium verò Iris à Deo assumpta, & instituta in signum supernaturale pacti iniri cum hominibus, de non futuro deinceps diluvio: quod alii contendunt, Iridem esse aptum illius rei signum; quoniam apparet non in nube densa, sed torrida, opaca, tenui, ex qua diluvium magnum orti non posset. *Genes. 9. 9.*

SYMBOLICA.

Iris mysticè, & symbolicè significat Dei clementiam, quæ quasi arcus absque sagitta, & adversus caelum portus quædam terram, magis vult terrere, quam ferire; ideoque tempore Noe, signum erat pacis, & foederis inter Deum, & homines, eaque epluam, i.e. pax, ait *T. Icomis hom. 2. in Apocal. quæ extat T. om. 9. Augustini.* Vide *Ambrosii lib. de Arca & Noe, cap. 27.*

Allegoricè secundum Rupertum, significat legem Evangelicam, gratiam, remissionem, & gloriam nobis adjucentem. *2. G. Baptismi*, qui sit per ignem, & aquam, habent enim similitudinem cum coloribus Iridis. Ita *Greg. hom. 8. in Ezech. 3.* Missio Spiritus S. Ita *Anibertus in c. 5. Apocal. Anagoricè* Iris qui est colore aequo, & igneo, signum est uti diluvii facti, ita & conflagrationis mundi futuræ. Sic *Greg. hom. in Ezechiel.*

Rufus Iris quæ formam habet Arcus, & belli speciem ostendit, significat Judicium universale, inquit *Richard. Vitiuvin in cap. 4. Apocal.*

Dum primum Octavianus Cæsar Urbem ingrederetur, corona Iridis specie solem ambire visa fuit, quod novæ potentie felix augurium æstimabat Pop. Rom.

Irrisio. Ironia.

DEFINITIO ET ETYMOLOGIA.

**I**rrisio, Græcè *δὴρῶσις*, dicitur & *ῥῶσις*. Hebraicè *Mischak* à verbo *Sachak* irrisit, & *Sachak* riles, cachinnus; irrisio ab eodem verbo. Vide *Prov. 10. 23. & 14. 1. Jer. 20. 7. & 48. 26. 27.* Irrisio autem, & sublanatio conveniunt in fine, sed differunt in modo, quia prima fit naso rugato, secunda verò fit ore, id est in verbis, & cachinnis. ex *B. Tho. 2. 2. q. 75. ar. 1.*

Ironiam etiam vocant simulati mendacii speciem, cum quis negat iniqua quæ sunt, aut laude majori digna extenuat.

PUNITA.

EXEMPLA S. SCRIPTURÆ.

Cum David summa animi demissione, & devotione Arcam Dei detulisset ex domo Obedom in civitatem suam, omniſque Israel eam duceret in júbilo, & ipse Rex totis viribus ante eam saltaret accinctus Ephod lineo; Michol uxor ipsius, filia Saul, ex fenestra propiciens, depexit eum in corde suo, & egressa in occursum illius, Quam gloriosus, ait, fuit rex hodie, discoopertiens se ante ancillas servorum suorum, & nudatus est, quasi nudaretur unus de iuribus. Igitur Michol filia Saul non est natus filius usque in diem mortis sue. *2. Reg. 6. 6.*

ELIZETUS propheta ascendebat in Bethel, & Pueri civitatis egressi illudabant ei dicentes, Alcende calve, alcende calve. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit illis in nomine Domini.

CURIOSITATEM.

A mini, egressisque duo utri de saltu, & laceraverunt ex eis XLII. pueros. *4. Reg. cap. 2.*

Milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti Jesu, & veste purpurea circumdederunt eum, & veniebant ad eum, & dicebant: Ave Rex Judæorum, & dabant ei alapas. *Joan. cap. 19.*

IRRIDERE ABQUE VEHEMENTI COMMOTIONE. QUID.

**ABRAHAM** promissionem rēdit de filio ex Sara, rīst & Sara. Rīsus autem Sara fuit reprehensio à Domino, Abrahæ non fuit. *Genes. 17. & 18.*

ANTIQUITATIS STUDIUM.

Ulyssipone, eodem anno, aut paulo post, quam Emmanuel Portugallia rex Indiam subegit, Hermicus Cajadus Lusitanus, Angeli Politiani auditor (cujus est Epigrammatum libellus) Latinis carminibus commentus est Sybillinam vaticinationem, in columnis marmoreis tribus incisam, quæ per ambages significat, Indos ad Imperium & ditonem Lusitanorum esse venturos: eosque lapides data opera detruncatos, ut aliqua inessent antiquitatis vestigia, obtulit præcepti (conficio rege) in extremitate promontorii Artabri, prope Syntram oppidum. Ubi verò desolata marmora ex humore terreno vitium fecisse judicavit, anno m.d.v. die Augusti nona, invitavit amicos in villam, ei loco proximum. Cum accubissent omnes, ecce villam nuntiavit Hermico, mercenarias ejus operas, dum in fundo fossionibus inchebant, incidisse in lapides, indices magni supernaturale pacti iniri cum hominibus, de non futuro deinceps diluvio: quod alii contendunt, Iridem esse aptum illius rei signum; quoniam apparet non in nube densa, sed torrida, opaca, tenui, ex qua diluvium magnum orti non posset. *Genes. 9. 9.*

*Sibylla vaticinium occidit decr. Volventur saxa literis & ordine rēditis, Cum vide a Occidentis Orientis opes Ganges, Indus, Tagus erit, mirabile visu, Merces commutabitur usque uterque sibi.*

*Soli eterno ac Luna decorem.*

Continuè ad regem rumor pertetur, qui commenti hujus concitus, mirabundo similis, Optimatibus ostendit: illi describendum curant, & mercatorum cura Ulyssiponensium per universum orbem Christianitatem evulgant, cum præstatione etiam quidam Venerandi Moravi, sic Hermicus antiquitatis simulatione univerto orbi impositit, seu potius stultos antiquitatis admiratores solerti alii reprehendit & irrūpit. *Gastar. Valerius in consura Beroff.*

CONSILIUM BONUM.

DARIUS rex, Macedones intra Sicilia angustias opprimere moliebatur. Amyntas transiit quidam Macedo, contrarium ei fusit, ut in Melopotamiam exercitum reduceret; campum enim vastitate opus esse, ut hostis Persicis viribus vinceatur. Idem consilium ei dedit Etymocol, qui à Pharnabazo Græcos milites accepit. At non tam regi quàm purpuratis ea sententia displicuit, Etymocolis & Græcorum, qui cum eo erant, fidem apud Darium criminantibus. Sed eventus ostendit, consilium horum, si secutus esset Darius, optimum fuisse. *Sab. 4. Em. 4. ex Plat. Alexand. Imperium.*

Erant Romæ Fabio Ambulso filia duæ, quarum major Servio Sulpitio non consulari potestate Tribuno nuperat, Licinio Stoloni altera, illustri quidem, sed plebei generis viro. Erat forte minor Fabia apud foretam, tempusque cum ea terebat Demonibus. Accidit interea, ut lictores, qui magistratum præcedebant, ostium Tribuni, se domum recipientis, virgine de more percussissent. Quo sonitu territa minor Fabia, consuetudinis ignara, ludibrio fuit forori, urbanarumque rerum rudis judicata. Ex quo contempti magnæ tragediæ postea in urbe Roma excitata fuerunt. *Sab. lib. 2. Em. 4.*

RANIMIRUS notus Sancti majoris è cretobio Tarraconensibus primus è Gothorum prosapia sub anno Christi 1017 rex constitutus, contra Saracenos suscepta expeditione, cum finisit brachio icatum, dextro lanceam adaptasset, mox frenaque apprehendere jubere, Qui postquam, inquit, utraqne manu occupata, nisi dentibus hæc retinenda quis porrigat? Hic rita solus Proceribus, tantam concepit indignationem, ut Ostem evocatos primarios xi. secuti percussit, id tunc vernacula dicens lingua, *No abe la volpeya Corruen tropeya*, Nesciebat vulpecula, cui illuderet. *Colentius libro hist. Neap.*

IMPUDICIAM UXORUM.

Apud quasdam nationes hodie vernis mensibus, quum auditur coccyx (si tamen hic est cuculus, id quod scribit Gaza) Conjugati mutuis salibus inter sese ludunt, dicentes, Tibi canit hæc avis, significantes uxorem parum vigilantem custoditam. *Erasmus in Adagiis.*

JACOBUS Appianus, Plumbum Hetruriae oppidi princeps, cum ex conjugem virilem sobolem non susciperet, extra matrimonium heredem querens, concubinam amare coepit. Cujus cum venter intumuisse, & jam pariendi tempus præsto esset, Florentinos ac Senenses, legatos uti ad se mitterent, ac partum de sacro fonte levarent, magnis pedibus invitavit. Venere ad diem dictam legati. Mulier inter obstetricum manus diu laborans, Aethiopem tandem peperit. Quæ res ut rursu in populo excitavit, ita & comparentitates, & lætiam principis interrupit. Credebatur autem natus esse puer ex tibicine Mauro, qui detecto hoc flagitio, fuga salutis consuluit. *An. Sylv. cap. 56. Europa.*

FORCITATEM.

HELIOGABALUS parasitis exhibuit cenas & de vitreis, & nonnunquam picta manula in mensam mittebat, quæ apponerentur, quot missus esset habiturus, ita ut de acule de textili pictura exhiberentur. Nonnunquam tamen & tabule illis pictæ exhibebantur, ita ut quasi omnia illis exhiberentur, & tamen fame macerarentur. *Lampridius.*

AMBITIONEM.

CATO minor, dum Asiam peragrata comitatu exiguo, Antiochiam petens, extra portam catervam hominum spectavit ex utraque parte viæ digestorum, inter quos in chlamydis stabant decorè seorsum adulti, seorsum pueri, candidas vestes alii, & coronas gerebant. Ratus omnino Cato, honorandi, & expectandi sui causa ea civitate institui, justis amicis descendere, atque incesse cum iis pedes. Ut propè ventum esset, ille qui omnia ista adornabat, vir ætate jam præceditor, virgam, & coronam manu tenens, obtulit se præ alios Pompei, ac sine furtive quidem data quæsit, ubi Demetrium Pompeii libertum, in cuius gratiam hæc adornaverant, reliquissent, & quando esset aditurus? Ibi amicis Catonis utque adeo cachinnantibus, ut interea, dum transiret per eorum, se non possent colligere; Cato pudore suffusus: O miseram, inquit, civitatem! Nec quicquam præterea locutus est. Post autem, quoties id narrabat vel meminerat, solebat ipse quoque ridere. *Plut. in Cato.*

LIBERALITATEM, DONA.

CLEOMENES Cleombroti, donanti ei pugnaces gallos gallinaceos, quos referebat pugnantes animam deponere de victoria: Tu verò, inquit, da mihi ex illis aliquos, quos perimunt; quippe his illi sunt præstantiores. *Plutarchus in Apophthegm.*

ADULATIONEM.

Ferunt, magnum illum Agefilium, cum à Tharsis Apotheosi honoratus, & inter divos relatus fuisset vivens, illos interrogasse, ut si deos facienda potestatem haberent, prius seipsum consecrarent, postea se dedicarent. *Plur.*

CASSANDER Antipatri filius, Barbaros, contra morem Macedonum, regem Alexandrum adorantes irrūpit: propterea Alexander caput ejus parieti illisit. *Plur.*

TARDITATEM, NEGLIGENTIAM.

TIBERIUS Imp. Illensium legatos ferius consolantes ob Drumi mortem, sibi quoque dolere respondit, quòd Hæctorum civem fortissimum amississent. *Suet.*

Olim qui fuissent in re quapiam parum honesta deprehensi, vulgari probo Cuculi dicebantur. Id ornum à vinitoribus, qui ferius capissent putare vineam, nec hoc minus abolvissent, priusquam audiret ea avis, velot cessationem exprobrans agricolis. Hujus vocem irritantes Viatores, deridebant vinitores. Ita *Plin. lib. 18. cap. 26.* In hoc temporis intervallo quindecim diebus primis agricolæ rapienda sunt ea, quibus peragendis ante æquinoctium non suffecerit, dum sciat, inde natam exprobrationem sordam putantium vites, per imirationem cantus alius temporarii, quem Cuculum vocant. Deducens enim





A cum tam à fronte, quam supra caput suum cernat armatos. Quod si angustia sit via, sed tamen tutius, melius est præcedere cum securibus, ac dolabrils milites, & cum labore vias aperire, quam in optimo itinere periculum sustinere.

Præterea nosse debemus hostium consuetudinem, utrum de nocte, an incipiente die, an hora reficiendi, lassus supervenire consueverint, & devitare, quod illos putamus ex more.

Jam verò, utrum pedibus, ac equibus, utrum contatis, an sagittariis amplius valeant, utrum numero hominum, an armorum munitione præcellant, scire nos convenit, & ordinare quod nobis utile, illis doceatur adversum.

Tractare quoque, per diem, an per noctem iter expediat inchoari, quanta locorum intervalla sint, ad quæ cupimus pervenire, ne æstate, aquæ penuria obstit euntibus, ne hyeme difficles, aut inviæ occurrant paludes, majoresque torrentes, & impedire itinere circumveniantur exercitus, priusquam ad destinata perveniat.

Ut enim nostra commoditas est, sapienter ista vitare, ita si adversariorum imperitia, vel dissimulatio occasionem nobis dederit, non oportet omiti, sed explorare sollicitè, proditores ac transfugas invitare, ut quid hostis moliantur in præsentia, vel in futurum, possimus agnoscere, paratque equibus, ac levi armatura, ambulantes eisdem, vel pabula victumque querentes, improvisò tertere, decipere.

QUÆ MILITI IN ITINERE SERVANDA,

SI CUM EXERCITU PROCEDAT.

Addatur superioribus, quod Imperatori exercitus servandum præscripsit *Leo Imperator*, si quando cum copiis iter agendum, five id in propria, five aliena, imò & hostili ditione faciendum erit. Ita autem orditur: Ubi in vestra ipsorum ditione cum exercitu iter fit, militibus percipiendum est, ut neque prædentur, neque populerent terram. Multitudo enim militum, si quando licentiam habet, solute in omnia irruit; objecta enim ante oculos præda, ad cupiditatem incitatur. Ex quo fit, ut vestri sæpe vobis inimici atque adversarii sint.

2. Ne tardes in vestra cum exercitu ditione commorandum, cum jam in hostilem terram irruere decreveris; nam & proprias fruges absumes, & amicos magis quam inimicos lædes. Celeriter igitur copias traducto, id potissimum si in frugiferam, & fructuosam hostium regionem irrupturus es.

3. Frequentem exercitum, nisi hostes immineant, in unum locum ne cogas; otiosi enim milites ad seditiones, & perverfas cogitationes se adjungunt.

4. Sin ulus aliquis hoc requirat, & in omnes partes describendorum causa, vel alicujus alterius rei gratia, ut cogantur in unum milites, quanta maxima celeritate potes, copias vel divide, vel exerce, & in rebus bellicis occupatos tene, quemadmodum in capite de exercendis militibus præscripsimus. Oritur enim & desidia, insolitas atque intemperantes ferè cogitationes pariunt.

5. Si bellum expectes, in acie exercitus instructus prodeat, five per drungos, id est cohortes milliarias, five per turmas, five per integras acies iter faciat. Nam in acie esse milites non solum in hostili terra, sed etiam in sua, perutile est, & tutiores eos, magisque exercitatus reddit.

6. Unumquemque drungum, seu cohortem milliariam asuescificato, ut illorum impedimenta, à tergo eam sequantur, cum privatis, & suis insignibus, neque aliena admisceantur. Quando enim in nostra regione hostes neque adfunt neque expectantur, vel drungatum, vel turmatim ambulent, nec in unum locum conducantur, ut ne fame premantur, neque facile ab hostium speculatoribus numerentur, & passum jumentorum omnes excedant.

7. Propinquis jam hostibus, ante sex vel septem, aut etiam decem dierum pugnam, cumque propè castra ponuntur, si in ignota loca iter faciendum sit, neque indigenæ ductores adfuerint, metatores five mensuratores præmitte, ut loca anticipent, si nullus hostium timor impendat, qui castrorum ambitum ante unum diem dimittantur, in quo castra ponentur, & certam quandam mensuram cum proportione justa unicuique turme tribuant.

8. Idem faciunt & anticenses: horum etiam officium est, aquarum passionemque vim & copiam advertere.

9. Si per aspera admodum loca iter futurum est, aut præcipitia, aut per avia, & condensa loca, aliquot exercitu præ-

para, & præmitte, qui quoad fieri potest planam, & directam viam efficiant, ut ne equi affligantur. Hi qui ad hoc negotium adfici sunt, neque precipitationibus, neque ullis aliis muneribus faciendis inserviant.

10. Prodeunt exercitu, primus antea tu universi exercitus Imperator, & antea honoris tui causa, propter multorum timorem, cum universa expeditione tua, & cohortibus tuis: extrema autem omnium impedimenta tua eant.

11. Ad hunc modum unicuique tum turmachia, tum drungarius, id est, turmas minor prodeat, hanc aciem servans, five conjunctè omnes ambulent, five seorsim. In fluviorum transitionibus, aut aliorum ignotorum locorum, antecessores præmitte, qui prius loca explorent, eaque, qualia sint nuncient, ut quibuidam idoneis præfectis statim præmissis, diligenter asserves transitum.

12. Sin admodum lubrica difficiliaque loca fuerint, re ipsam oportet primum eò transire, deinde ibi consistere, & commorari, donec omnes sine offensione transierint.

13. Hoc enim virum nobilissimum, & clarissimum patrem nostrum regem Basilium fecisse cognovimus, quando contra Germanitiam Syriæ civitatem copias duxerat, & Paradisum fluvium anticiparat, qui lampadibus in medio constitutis, ipse sua ipsius præsentia atque ope, universum exercitum facili, & sine offensione traduxit, qui sæpe manibus illis afflicti portexerat, & quosdam ex periculis eripuit.

14. Hæc, si hostes non immineant, Imperator facies; sin propè fuerint, tu in propria statione permanes. Unusquisque autem præfectus suæ ipsius cohortis, aut turme circum accipiet, donec omnes qui sub imperio ejus fuerint, transiant, ut ne alius alium antevertendo, se mutuo perturbent, atque affligant, tum enim fortassis aliqua incommoda orientur.

15. Quando autem per regionem aliquam transieris, quæ sub ditione nostra est, parcas & faveas agris cultis, idemque militibus præcipe, five loca culta, & vitibus consista, five hori fuerint, ne per medium horum locorum transiant, ut ex legibus præscriptisque nostris municipes atque agricolæ illi conscreventur.

16. Si fieri potest, ut per inculta loca eas, illuc longo intervallo transi. Sin necessitas ipsa urgeat, ut per hæc eas, unicuiqueque turme præfectis præcipies, ut ibi consistant, & cautionem diligentem adhibeant, donec omnes milites, qui sub illorum potestate sunt, transierint, & præfecto tum proximo loca hæc illæta tradant, sicque discedant.

17. Similiter etiam proximis illi faciet, & unicuiqueque etiam præfectus ordine suo: sic & ordinis conservatio tum tua, tum præfectorum, tum militum adhibebitur, & agricolæ fructus illæsus erit.

18. Quando imminere labor belli, vel difficilis, & in omnes partes circumspiciendus transitus esse videtur, si fæta aut manucta bestia egererint, aut in conspectu illorum prodierint, venatione & infestatione illarum milites tuos prohibebis; magna enim turba, magnique clamor ex eo esset, & equi illorum sine ulla necessitate affigerentur.

19. Quando pacis tempus, & nulla belli expectatio est, tunc venatio admodum utilis militibus est.

20. Si parvum exercitum contra hostes duxeris, per habitata loca ne ducas, neque in tua neque in hostium regione, ne forte speculatores facili advertant, & hostibus nuncient: sed per alia quedam loca incognita eos ducas, idque in tua ipsius ditione facies, si quando exercitum ducis.

21. Quando per hostilem terram iter facit exercitus tuus, incende, vasta, populare terram illorum; nam pecuniarum egestas frugumque inopia hostes imbecilliores, bellumque infirmius facit, quemadmodum contra istarum rerum affluentia, illorum vim incitat contra nos, atque adauget.

22. Si longo tempore in hostili terra commoratus es, tot taliaque vastato, quot qualiumque tu non egebis. Ad exercitum tui sumptus, quod necessarium erit, servabis.

23. Quando omnes copias coegeris simul, neque in nostra ditione, neque in illa regione sub imperio nostrum subiecta diu præsolare; nam & nostras fruges vastabis, & amicos magis, quam inimicos lædes. Celeriter autem, si aliquod periculum impendat, à nostra ditione ad hostilem terram traducto, nam si fuerit optima, fertilis ac locuples, ubertatem commeatu, & cærerarum rerum affluentiam habebis; sin ejsmodi non fuerit, tamen tamen integram conservabis, & multa in hostili terra, quanquam admodum fructuosa non sit, ad alendum tamen exercitum idonea invenies.

A 24. Ubi in hostili terra fueris, haud permittes milites tuos ad omnem prædam inordinate excurrere: sæpe enim ab hostibus circumventi, magnas & graves clades accipient.

25. In tua ipsius terra cum exercitu proficiscens, cogitabis de annonâ, & mercimoniis, tum terra, tum mari, ut ad vos sine incommodo perveniant; tum enim copiosè, & affluenter ea omnia, quorum in exercitu aliquis usus est, ad vos asportabunt.

26. Quando per angustias aliquas, aut per arduos avioque montes profecturus es, præmitte tui qui juga montium, & loca ibi editissima occupent, & qui aditus angustos, & minus parentes, quas clausuras nominant, anticipent: ne hostibus præventibus, & in ipsis angustiarum faucibus, & montium fastigiis confidentibus, vel iter omninò impediatur, vel sine magna offensione confici non possit.

27. Hoc idem etiam tu futurum facies, si quando hostilem incursionem in tuam regionem providam formidas; aliqua enim militum manu ad angustias occupandas missa, illos aditu prohibebis, & permulta incommoda illis afferes.

B 28. Si longam aliquid iter, & multorum dierum viam, tum in tua, tum in hostili regione confecturus es, primum affueceto milites, ut in regione tua dum sint, ordinem suum in manipulis, quæ contubernia quoque vocantur, & stationem teneant, antegredientes sequantur, ut hostilem in terram cum venerint, & nec opinatis de improviso incursionibus appetiti sint, minus tumultuent, & alii ad alios confusè accurrentes, sibi ipsi nullo præsidio sint, sed ab hostibus multa mala, tum propter sui perturbationem, tum propter hostium impetum, accipiant. Consuetudinem hæc ordinis conservatione, tum ad res omnes suscipiendas erunt idonei, tum ad bellum ipsum parati, præsertim si signum aliquid habeant, & aspectu ipsi se inter se agnoscant.

29. Per angustias tales quam minimè potes ducito exercitum, sed per spatiosa loca, in quibus non prementur angustias locorum implicati, sed ubi à latere produci in longitudinem possunt; facili enim insidiis circumventi, & hostium subito interventu opprimi possunt, qui ita locis inclusi sunt, ut ad aliquid præclarum suscipiendum impediuntur.

C 30. Si enim ex adverso hostes veniant latius instructis copiis, facili fundentur & dissipabuntur tui, quemadmodum cum in bello hostibus circumclusi es.

31. Sin à latere per medias copias hostes incurrant, facili distrahuntur & separantur copie. Quod si ad phalangem redire voluerint, & utriusque quasi aciem instruere, infernum tum prælium erit, quia confestim hoc ab illis fieri non potest.

32. Sin à tergo invadant, æquè præsens periculum est, ac fuisset, si eos, qui in fronte sunt, invasisent.

33. Quod si aliquid subsidium esse contingat, inutile tamen illud acie inefficax erit. Nam cum qui à tergo sunt opem ferre vis student, qui in fronte collocantur; aut contra qui in fronte sunt, is qui à tergo sunt, succurrere volunt, tarda tamen & fæta progressio hæc solet esse, ac plerumque inutilis.

34. Exercitus contractus & quadratus, aut non ita multum oblongus, ad omnem occasionem atque eventum firmus, utilis atque tutus est.

35. Sæpe enim non contractis, sed dissipatis copiis, qui præmi è montosis locis in campestris descendunt, animo hæsitant ac perturbantur, atque eos quos à tergo vident, hostes esse putant, ut ad confingendum cum suis quasi cum hostibus se præparent, atque etiam ad manus conferendas & bellum inherendum penè veniant.

36. Impedimenta universa, operas, sarcinas, atque omnem apparatus, in mediis copiis collocato.

37. Si à tergo aliquam hostium incursionem, vel videas, vel metuas, eos qui à tergo sunt, æquè firmos & paratos facito, atque eos, qui in fronte collocati antegrediuntur, atque ad ea que ulu venire possunt, æquè instructos.

38. Præmitte etiam ad loca exploranda equites quosdam, præsertim si sylva sint, aut collibus, aut montibus inclusa, per quæ transeundum est. Sæpe enim hostium latentes insidias, summam rerum labefactant & dejiciunt.

39. Nam campestribus & planis locis, oculis omnia iustrata possunt. Et pulvis magnus interdiu excitatus, aut ignes & faces noctu accensæ, hostium sæpe adventum produunt.

40. Si ad pugnam milites tuos producere volueris, duc eos interdiu solum: sin celeriter contendere, & hostium expectationem antevertere cupias, noctu quoque eos ducas, si id fieri tunc posse videbitur.

41. Ante belli tempus remissè, ac pedetentim incedito: ubi hostes in conspectum propè venerint, cum celeritate quadam instructis copiis in illos irruito: longa enim sæpe ante pugnam de bello cogitatio, fortium virorum animos languescere facit, & animi sollicitudo vires corporis plerumque absumit.

42. Angustas & difficiles in hostium regionibus vias, si longæ admodum fuerint, tamen pedites facili transire sine molestia possunt; de qua re paulò post loquemur.

43. Equites in hostili regione, messis potissimum tempore, incircumspèctè temerè que vagari latius, nisi id necessitas requirat, minimè permitimus. Quod si locus aliquis fuerit, ad unius milliarii longitudinem, in quo pedites ire possint, descendant tum equites, & liberè pedibus eant.

44. Angusta & difficilia loca ea nomino, quæ unam tantum viam & transitum habent. Sin plures sint, aut fieri poterunt, transitus satis bonus esse putandus est.

45. Si opportunè difficilia quadam atque angusta loca transiisti, per quæ tibi iterum redeundum est, si condensa & sylva fuerint, & non imminet alicujus longitudinis, primò transitus tui, quoad ejus fieri potest, cade, purga, dilata locum; sin arduus præcepit locus fuerit, quique latior reddi non potest, præmitte aliquos, quemadmodum ante dictum est, ex pedibus, qui eum locum occupent, homines satis multos atque idoneos, aut si usus ferat, equites qui ad reditum tuum ea loca reservent & custodiant. Vel si quando necessitas exigit, utrumque facias, id est cade, purga, & subditi ibi idonea relinquito.

46. Qui iter per angusta loca cum tuldo, id est, impedimentis, vel aliqua cum præda faciunt, in duas partes, five acies se dividant, & in alterum cornu acuminata deductione procedant. Acuminata autem deductio, id est, *ἔρδία, παραγών* dicitur, cum in fronte exilis parvaque multitudo sit, dein latius se ad extremum agmen fundat, atque ibi latissime pateat. Hoc autem faciunt maximè, cum præda in manibus illorum est. Si pedites fuerint, facilius illis iter transitumque expeditior per ea loca erit. Sin equites, ex equis descendant, & medium tuldom, id est, impedimenta, reliquamque apparatus in medio habeant.

47. Talibus in temporibus, & locis, diphalangia, id est duplicata acie, ex justo hominum numero, tum ante, tum retro quasi accipitis glaciæ acie instructa, si qui superstit, ii ad tuldom, five impedimenta, & ad prædam, si quam habent, conservandam deligantur, sique multi & boni applici, id est, rerum castrensiùm custodes, quatuor in partibus duplicatæ aciei, quemadmodum locus postulat, collocentur, & sequantur ea, ut repellant atque abigant eos, qui ad auferenda, aut disturbanda impedimenta invadunt, ut integra minimeque perturbata ad custodiam prædæ atque impedimentorum collocata acies conserventur, neque ab incurtoribus istis perstringatur: fieri enim non potest, ut qui in diphalangia, id est duplicata acie instructi sunt, simul ordine conservato, impedimenta & prædam custodiant, & cum hostibus dimicent. Quo circa quatuor in partibus collocare oportet homines, præter hanc diphalangiam, & à tergo potissimum, qui fortissimi sunt; sic enim facili aspera quevis atque avia loca transire possunt.

48. Equitum, ubi descenderint & pedibus ambulaverint, equos, si pedites alii propè non adierint, longè ab illis in medio quodam loco separa, ne si propè essent, & inopinatus quidam timor subito impenderet, ad equos ibi statim qui in acie jam sunt, accederent; quæ res sine magna certè offensione fieri non possit.

49. Sin captivos aut prædam aliquam abigant, & hostes eos persequantur, captivos, vincitos, reliquamque prædam illigatam in unum, aut duas partes divides, & ante te hostibus obijces, qua incursionem hostium fore putas, ut illis quasi scuto, aut propugnaculo usus, hostes jaculando abstineant, aut si id facere nolint, tamen captivos, & prædam potius ferant quam milites.

50. Si necessitate aliqua, aut improvisò aliquo casu, vel angustias inclusus, vel aliqua perturbatione implicitus fueris, unde te ipsum sine aliquo ingenti periculo expedire non possis, melius est communi consensione, vel partem prædæ, vel totam etiam prædam hostibus dimittere, & securè sine damno discedere, potius quam prædæ causa in aliquod periculum venire.

51. Sin hoc modo tecum ad passionem venire noluerint, tu